



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 290 - 292. De familiis traditis in villis Amilinghus, Altrungunhus, Holthusen et Holthus in pagis Nithega, Suilbergi atque Huuetigo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 290.

Tradidit uualter pro filio suo rekere unam familiam in *Amilinghus* (o)

guber-
nante
Corbe-
iam
Bouone.

§. 291.

ipſius dinofciur geſſiſſe, qui etiam ad aſſecutionem dignitatis abbatie et principatus, qui tibi commiſſus eſt, exacta diligentia et ſincere dilectionis ſtudio te promouit ad honorem bēi Viti patroni n̄r̄i et tui, ad cuius obſequia natalis ſoli dulcedo et patrie Bohemicalis dilectio ſingulariter nos inuitat. ut p̄dictum monaſterium ab huiusmodi incommodis et iacturis commode reſurgere valeat. et in talibus oppreſſionibus reſpirare gaudenter ſub regimine principis gratioſi tuo et ipſius monaſterii felici ſtatu dignum duxim⁹ de regimine ceſſitudinis magnificentia gratioſius prouidendum. Dantes et concedentes tibi et ſucceſſoribus tuis in perpetuum abbatibus et principibus monaſterii p̄dicti regia auctoritate, nobis ex ſacra romani imperii poteſtate conceſſa, plenam licentiam et omnimodam poteſtatem, *comites liberos*, qui vulgari nomine *ſrygrauen* nominantur, ad exterminandas malorum prauitates nominatim et expreſſe coram monaſterio *Corbey* et in villa *Horbuſen* prope oppidum *montis martis Twiſne Dorpede* et *Westhem* prope caſtrum *Blanckenowe* prope caſtrum *Thonenborch* ac in omnibus terris, caſtris, oppidis, villis, diſtrictis et pertinentiis ad p̄dictum monaſterium *Corbeyenſe* vel ipſius iurisdictionem ſpectantibus, in quorum poſſeſſione vel quaſi pacifica dictum monaſterium eſſe et haecenus fuiſſe dignoſcitur, et ad que aliquem iuris reſpectum habere cenſetur, ad veſtrum mandatum et beneplacitum ſedes ſuas liberas, que *ſrygſtol* dicuntur, locare iudiciis, que vulgo *ſreyding* et *ſeneding* (*) nominari ſunt ſolita, p̄ſidere ac eadem exercere valeant iuxta veſtre diſcretionis arbitrium conſtituendi, et inſtitutos, quoties vobis opportunum viſum fuerit, et pro bono et incolumi ſtatu ipſius monaſterii expediens fore videbitur, reuocandi alioſq. ſubſtituendi pro veſtre beneplacito voluntatis. decernentes et edicto perpetuo ſtatuentes, quod tu et ſucceſſores tui abbates monaſterii *Corb.* p̄dicti ſacri imperii principes et deuoti ad inſtar venerabilium *monaſterienſis* et *paderbornenſis* eccliarum antiſtitum principum noſtrorum ſcabini iudiciorum *weſtualie* prouincie amplius fore debeatis et ad huiusmodi ſcabinatus officia exercenda fideliter corporalia iuramenta p̄ſtare nec non uniuerſa et ſingula ſecreta et occulta eiufdem iudicii ſcire poſſitis et omnibus iuribus et conſuetudinibus gratis et libertatibus potiri et gaudere, quibus p̄dicti epiſcopi et p̄deceſſores ipſorum ac ceteri ſcabini *Weſtualenſis* prouincie haecenus freti ſunt et hodie potiuntur. Mandamus igitur liberis comitibus, qui vulgo *ſrygreuen* dicuntur, et ſcabinis *Weſtualie* prouincie, p̄ſentibus et futuris, quatenus te et uniuerſos ſucceſſores tuos abbates *Corbey* circa ſtatuendos comites liberos ipſos quoque comites in locatione ſua et perſecutione iudiciorum huiusmodi ubiq. in proprietatibus monaſterii non impediunt, voſque et quemlibet veſtrum. qui pro tempore fuerit ad officia ſcabinatus *weſtualie* prouincie ad p̄ſtanda iuramenta ſolita ad cognitionem ſecretorum iudicii et alios ſcabinatus exercendos. iuxta p̄ſentis n̄r̄e largitionis indultam admittant contradictione ſeu difficultate qualibet non obſtante ſub pena proſcriptionis et banni regalis quem qui ſecus attemptare p̄ſumpſerit ſe cognoſcat grauiter incurriſſe. Nobilibus *Iohanne de Riſſenſchel* marſchalko *weſtualie Bertoldo de Buren Iohanne de Bylſtein Iohanne de Graſcap Iohanne de Padberch* et *Godſuino de Rodenberch* fidelibus noſtris teſtibus ad p̄miſſa p̄ſentibus. ſub n̄r̄e maiestatis ſigillo teſtimonium litterarum.

(*) Alias
Feme-
ding,
Femge-
richt.

Datum *Bunne* anno dñi M CCC quadrage. nono. indictione ſcda VII
kl. february regnorum n̄r̄orum anno tertio.

(o) *Amilingbus* in noſtro non reperitur Regiſtro, quinam ergo ſit vicus non conſtat: De villa
Ami-
Sss pro-
lioghus.

Ab anno
879 vsque
890 im-
perante
Karolo
Crasso et

§. 291.

Tradidit folcberth pro anima gherberghe unam familiam in *altungun-
bus* (p) nomine unuan et XXX iugera.

§. 292.

Tradidit marcuardus pro proximo suo dodo I iurnalem et XXX iu-
gera in *holtbusen* (q).

§. 293.

probabilissime autem nullus est alius vicus quam Amelungfen in principatu
Corbeienfi.

De villa
Altun-
gunhus
in pa-
go Nibega.

- (p) *Altungunbus* villa erat, Registro nostro testante, in pago *Nibega* posita, quam in episcopatu Paderbornensi ac principatu Corbeienfi ad fluium dictum die Neire fuisse, iam supra demonstraui. Intelligimus ergo, designari vicum *Albusen*, obuium in Paderbornensi episcopatu inter Reelse, Pömsen, Erbsen, Herste, Schmechte et Driborg. Eandemque ob causam supra §. 104. not. (n) *Folcberthum* inter progenitores Euersteinensium comitum retulimus, eundemque pro nepotem ducis Angariorum Brunonis fuisse statuimus.

De villa
Holtbu-
sen in pa-
go Suil-
bergi.

- (q) Villam *Holtbusen* in pago fuisse *Suilbergi*, patet e nostro Registro, in quo villam Altungunhus excipiunt villæ *Holtbusen* in pagis *Suilbergi* et *Huuetigo*. Sine dubio villa nostra erit vicus *Holtbusen*, *Holtzen*, in comitatu Dasselienfi situs, cuius meminerunt sequentes ex originum litteris accurate et congruenter descriptæ tabula, in quibus *Cratho*, appellatus ad annum 1281 *magister caritatum*, fuit dominus de *Hardenberg*, creatus post hæc Prior Corbeienfis, qui de miraculis Corbeienfibus scripsit libellum, vti superflites membranæ attestantur. En tabulam:

Nos *Conradus de Uslat*. Iohēs institor *Nicolaus Befeworem Henricus de Brunswic Bertoldus de antiquo foro Arnoldus de Voltzen Thidericus Helmberti Iohēs de Ekhof Bertram de Luchteringen Henricus monetarii Ludolfus de Wechdale Conradus de Dast* consules Huxariēn. tenore p̄ntium dicim⁹ protestando quod n̄ḡ caritatum ecclē Corbeien. dñs *Cratho* ex parte una et *kristianus de Oldendorp* ex parte altera sup controuersia que inter ipsos de bonis in *holtbusen* uidelicet de trib⁹ mansis et uno molendino et una domuncula uertebatur hoc modo in Huxaria in porticu sc̄i kyliani sunt reconciliati. *kristianus* et sorori⁹ su⁹ *Hermannus* p̄fata bona in man⁹ dñi C. resignauerunt uerum mediantibus dño *Ludolfo comite de Daste* et dño *Henrico cellerario Corbeien.* et *Johē de Driborg* et *Alberone de Seitze* idem dñs C. bona *kristiano* et sue uxori *Sweinbildi* et filio suo *Conr.* et sororio suo *Hermann* p̄dco ad tempus uite ipsorum cessit libere possidenda. Ea tamen conditione quod annuatim magistro karitatum Corbeien. qui p̄ t̄pē fuerit uiginti quatuor solidos graues Huxariēn. monete infra festum b̄ti michaelis et ap̄plorum *Simonis et Jude* de eisdem bonis p̄fluent sine aliquo impedimento et occasione in n̄ra ciuitate p̄tentando his uero quatuor p̄dcois dño uocante uiam uniuerse carnis ingressis prenominata bona libere et absq. aliquo impedimento fuorum heredum ad eccliam Corbeyen. reuertentur. Ne igitur hæc apud posteros n̄ros obliuioni tradantur p̄ntem literam rogatu utriusq. partis sigillo n̄re ciuitatis munitam eisdem dedim⁹ ad maiorem cautionem. Datum Huxarie anno dñi M. CC. LXXXI. in die b̄ti martini.

Sigillum uide in
Tab. V. num. 3.

Villam